

qui ad visionem existentiam rei cognitę & presentiam, non tantum tamquam objecta cognita, sed etiam, tanquam rationes cognoscendi, & conditiones moventis, & terminantis, species impresa Dei non sic representat Dei existentiam, & presentiam, sed merè specificative, ut objecta precisi cogniti, unde illas etiam representare potest, quando Deus non est presentis in se immediate in ratione objecti intuitibili, & faciliter visibilis, ut constat ex dictis num. 40. & 41. Ad 3. concessio antecedente negatur sequela: quia non eodem modo continetur visio in specie impressa, ac in voluntate divina; deinde inquit Doctor quod. 14. A.A. divinam voluntatem id est visionem existentem producere posse, quatenus esset, ob perfectam realen identitatem, quam habet cum ea, quod de specie impressa, que est qualitas creatura, afferi nequit; Ad 4. concedunt aliqui Scotti, ut Gallus loc. cit. efficientiam cognitionis intuitiva repugnare species etiam, ut species est, unde consequenter negant visionem sensitivam à specie corpore produci, sed immediate sunt, efficiat objecto in se presentem, speciem vero visivam intervenire, non ut visionem principium, sed ut effectus primum, eo quod ita significat Doctor 2. d. 9. q. 2. s. ad argumenta 2. quod. Sed cùm in sensibus externis memoria non debet, qua de causa species illa fluxiles sunt, & transitoriae, non videntur eo modo concurrere, ut effectus species precisest etiam ut immediata causa ipsius sensacionis, ut dictum est disp. 4. de anima q. 6. dico igitur efficientiam notitiae intuitivae species repugnare, non quatenus species est, sed quatenus species est, non est illa, quae quodocunque terminatur ad existentiam, & presentiam rei pro aliqua temporis differentia, quacunque illa sit, sed illa est precisest, quia terminatur ad objectum, & de presenti existens, & in seipso potest immediate praesens.

Quarto tandem obiectum implicare omnino speciem Dei propriam, que Deum in se distingue, & quidditative representat, non tamen invenit in se existentiam, & presentiam, non tantum ratione specificativa, sed etiam reduplicativa; cognition autem sensitiva exterior bene per species fieri potest, quia tales species evident in fieri, & conservari ab actuali influxu objecti presentis, & ideo esse potest principium cognitionis intuitiva, eo quia tales species exigunt necessaria connexione cum objecto in se presente, Ad ultimum haec ipsa de causa negari debet consequentia, & haec ipsa est disparitatis ratio, quia species objecti ratione pendet in suo fieri, & conservari a presentia objecti in se, ideo esse potest principium immediatum intuitivae visionis, invenit in ipsam etiam objecto ipso praesente factum, ut constat ex dictis n. 39.

5^o Tertio obiectum ad item apud Gallum cit. cap. 2. nonnulli Scotti posse de mente Scotti species impressam parere intuitivam notitiam, & in proposito species existentiam visivam; nam 4.49.q.11. ad finem corporis ait, minus nubis videtur necessarium posse lumen, quam species, quia si species ponitur, hoc est, ut memoria sit perfecta per parte intellectus. Tum 2. quoniam 2. d. 3. q. 9. sub N. ad objectum factam, quod si species divine existentia est in intellectu Angeli, alter Angelus illam videntem naturaliter, posse, & naturaliter per eas Deum videre, alii Doctor, quod illa cognitione non est mere naturalis, quia ad eam non possit Angelus attinere ex naturalibus suis; ergo concedit per eam posse videri Deum. Tum 3. quia non semel concedit Doctor, intuitivam cognitionem etiam intellectivam haberi per species in absentia objecti, licet fataetur, cum esse intuitivam imperfectam, ita praesentia 3. d. 14. q. 5. ad questionem, distinguunt cognitionem intuitivam in perfectam, quia illi cognitio de objecto, ut presentialiter est existens, & in imperfectam, qualis est opinio de futuro, vel memoria de posterito. Denique 2. d. 3. q. 11. docet, Angelum posse a rebus creatis, & a seipso accipere species, quae rem ipsam cum existentia representet, imo & cum ipsa praesentia, & omnibus conditionibus materialibus loco, situ, figura, tempore, ut in memoratione necessarium efficeret. Scotus 4. dist. 45. qu. 3. s. ad questionem, & ad actus forenses judiciales in examine testium, qui super his examinantur; & ideo aliqui, ut Arraga disp. 6. de anima fec. 3. cognitionem memorativam appellant intuitivam, quia ad hanc species putant, quod sit de re extensa pro aliqua temporis differentia, quia cognitione abstractiva omni potest.

49 Respondeo. Doctorum loc. cit. & irresolutę, & conditionem

predicatum Dei quidditativum, concedendum est antecedens, quod hoc species nequeat Deum representare, nisi existentem, immemorem, aeternum, ut est à parte rei, adhuc tamen negatur consequēta, quod ob id representare intuitivam, cum notitia intuitiva plus exigit, quā quod existentia, & presentia relatingantur, ut objecta mete cognita, nimirum, ut attingantur præterea, & represententur sub ratione formalis existentia, & presentia, seu ut conditiones moventis, & terminantis, ita ut ab objecto prædicto modo inspeculo causet, & ad ipsum ut sic immediate terminetur, ut constat ex dictis n. 1. & 2. & n. 40. & 41. & ratio est, quia ut sapientia supra est inculcatum, notitia intuitiva, & abstractiva nequeunt præcisè distinguiri ex rebus representatis, quasi in intuitiva aliqua formalis rei attingatur, quia ab abstractiva non attingitur, quia omnes formalitates, quae possunt exprimi per intuitivam, omnes, & singula possunt erati per abstractivam, ut patet de notitia memorativa vocat absolute abstractivam, quia est rei absens, & presentis per species. Ad 4. per illud probatur tantum, etiam existentiam, & presentiam ipsam rei posse abstractiva cognosci, & per species pariter abstractiva representari, veluti objecta cognita præcisè nullo tamen modo, ut rationes terminandi, vel conditiones moventis, & terminantis, quod verisimiliter, ut conditiones terminantur, ut constat ex n. 1. & 2. item 40. & 41. & experimunt in memoria præteriorum, quia tamen non ob id meretur nomen intuitiva notitia, hoc enim in proprie, & formaliter dicta non est illa, quae quodocunque terminatur ad existentiam, & presentiam rei pro aliqua temporis differentia, quacunque illa sit, sed illa est precisest, quia terminatur ad objectum, & de presenti existens, & in seipso potest immediate praesens.

5^o Ad idem argumentum, prout proponitur à Suarez, & aliis replico, quod super adverti n. 1. & 2. nunquam Scotum dixisse, speciem impressam representare objectum determinat, ut absens, vel non existens, id est, qualis negatione praesentis, & existentis, sed tantum dicit, representare objectum modo quadam indifferente, & præciso ab existentia, vel non existentia, praesentia, vel non praesentia, & hoc loquendo de specie impressa in genere, & in tota sua universitate; De specie vero impressa Dei nunquam dixit, Deum in ea representari, ut non existent, aut ut localiter absentes, & quamvis dixerit 2. d. 3. q. 9. p. 2. per species in intellectu D. Pauli relata, post divinam efficiencia visionem in eo rapido habuit memoriam objecti illius, scilicet efficiencia, & sub ratione distincta, sub qua erat objectum visionis, licet non sub ratione præsentis actualiter, quia talis præsentia non manet post actionem in ratione cognoscibilis, satis tamenter, per hec verba noluisse asserte, per ea species divinam effectu representari Pauli sub ratione absens, vel non presentis localiter, sed objectivè tantum, ut planissime se explicat, cum inquit, talis præsentia non manet post actionem, scilicet virtus in ratione cognoscibilis, & ecce quod non inquit, post actu visionis non manens in Paulo præsentiam existentie localem, & in eis rei, sed tantum non manens præsentiam objectivam, & in ratione cognoscibilis, quod est intelligentiam intuitivam, & hoc est optimè dictum, quia licet primo modo Deus sit intime praesens omnibus, non tamen secundo modo, scilicet objectivè, & intelligibilis, sed hoc modo sit praesens intellectui, vel exhibiendo, & ostendendo libere suam existentiam immediatam, & haec est intuitiva notitia, vel per species impressam, & hec est abstractiva; Nihilominus addo, quod quando etiam Scotus dixisset, Deum per species impressam representari, non ut presentem, sed cum representatione præscindente a locali, ac entitativa præsentia, nullam meretur confusam, & nam stante probabilissima sententia, quod attributa non sunt de intellectu, & essentiali conceptu divinae existentie, potest utiq. Deus concepti distincte, & quidditative quod prædictus primi modi, non conceperit pro eo signo prædicata secundi modi, qualia sunt perfections attributales, quo pacto distincte, & quidditative conciperetur homo contemplando ipsum animal, & rationale, nihil interim cogitando de intelligibili, aliquidque affectu rationibus, etenim claritas, & distinctio hujusmodi abstractiva notitia minime potest, ut per eam attingantur omnes formalitates in objecto à parte rei repertae, & cum eo realiter identificare, sive ad primum modum spectent, sive ad secundum, hoc enim prius spectat ad cognitionem intuitivam, vel certa ad comprehensivam, ut dictum est disp. 6. de anima qu. 12. unde potiori jure dici potest, haec abstractiva cognitione præscindere à presentia etiam locali, tanquam ab objecto cognito, quā ab existentia, cum haec ponatur prædicatum Dei quidditativum, non illa; melius tamen, & magis ad mentem Scotti adhuc dicetur, per eam speciem, si daretur, Deum representari, nedum existentem, sed etiam immemorem, & ubiq. localiter existente, & solum per eam non representari presentem sub ratione objecti immediate inutilibus, & faciliter visibilis; ita enim propriè, & candide loquitur Doctor, unde non satis propriè, nec formidat loquitur Rada part. 1. contr. 10. concl. 3. ubi sine illa declaratione, vel limitatione inquit, talem speciem divinam efficiencia representante velut absente, & quod in absentia representa-

QUESTIO SECUNDA.

An Visio beata sit supernaturalis secundum substantiam.

C Recutum intellectum ex solis nature viribus cum cōcursu de generali claram eam visionem attingere non posset, deinde determinatum in Concilio Vienensis, sub Clemente V. celebrato, ut habeatur in Clementina illa, ad nobrum de Hereticis, & ex prefice colligitur ex pluribus Scriptura locis, ex Paulo ad Thymot. 6. Lucem inhabitat inaccessibilem, quem nulus hominem videt, sed nec videre potest, scilicet solis naturae viribus, Ita 64. 6. oculis non videt absque te, quia preparasti diligenter te, sed absque auxilio tuo speciali, & i. Comit. 2. in cor hominis non afferuntur, quia preparauit Deus. Et Hoc etiam pacificat omnes Theologos, sed preferunt Scottum plurimis in locis, unde quod. 14. artic. 2. N. inquit, animam nostram non posse attingere notitia propriè, & immediatam. Dei sub ratione Deitatis ex perfectione sua naturaliter etiam pro quoconque statu naturae, cōcurrentibus quoque quibuscumque causis naturaliter motivis ipsius anima ad cognoscendum, & q. 1. Prologi. Sicut primus doct. quod est hoc loquendo ad appetitum innato, & naturali, qui est pondus, & inclinatio naturae in suum finem, homo, & qualibet intellectuale creatura naturaliter appetat claram Dei visionem, & eam naturalem habeat propensionem, & in hoc sensu dici possit, quod non naturale creatura rationalis, subiecta tamen, non finem naturalis artigine, ideoque non naturaliter, sed supernaturaliter attingendum. Hoc idem clarissime docet etiam ex instituto in 4. distin. 49. quæst. 1. t. conclus. 2. dū. a. intellectum nostrum etiam ex natura potentia inspectu non est sufficieret

citer activum ex puris naturalibus ad consequendum actum beatificis visionis, cum nequeat ex viribus suis facere Dei, sibi presentem in ratione objecti beatifici; ex quibus locis deducitur hec ratio evidenter probans, creatum intellectum, sive Angelicum, sive humanum non posse foliis naturae viribus cum solo Deo generali concuerit clarae ejus visionem attingere; quia impossibile est, quod talem visionem attingat, nisi habeat Deum objectivum in se presentem sub ratione objecti, intuitivè visibilis vel saltu aliquod, in quo eminenter, vel virtualiter continetur, creatus intellectus propriis viribus talen pfectantem Dei objectivam immediatam in se adipisci non potest; neq; etiam mediatis in alio, in quo eminenter, vel virtualiter continetur; ergo, &c., maior patet, probatur minor, quia Deus ex extra-est objectum voluntarium, ut docent D. Ambrosius super Lucam, & D. Aug. lib. de videndo Deum, ubi inquit, *in eis posse fuisse satis esse videtur, cujus natura non est videtur si vult videtur, finis vult, non videtur, hoc est, exponit Doctor quolibet.* 14. cit. illius naturae divinae, sive eius, naturaliter videtur a creaturis, quia ejus essentia non est causa ex se naturaliter activa ad exterram visionis suæ, quia a creaturis videatur; nec etiam aliqua natura creata, quae est naturaliter mora creati intellectus esse potest causa hujus visionis, vel perinde prestante objecti beatifici, cum nulla in se perfecit essentiam divinam in entitate sua, sed est contra, quae ratio adhuc magis explicabitur infra qu. 10. ubi videbimus, an visione beata posse esse connaturalis facte in aliis intellectu possibili. Hinc omnes Catholici unanimiter concludunt visionem Dei claram, ac quantumvis esse esse omnino supernaturalis cuilibet creato, vel creatibili intellectu ex natura potentie, adeòt foliis naturae viribus attin- gere non posse; atque idem sicut voluntas auctus charitatis supernaturalis elevarur per habitum charitatis, & sic de aliis actibus; ita in intellectu ponitur ad videndum Deum auctus habitus, qui vocatur lumen gloriae, non qua formaliter sit aliquis lux, sed quia est principium visionis Dei, qui gloria nostra est, & lumen dicitur inaccessibile.

54. Hic igitur inter Doct. emergit difficultas, circa supernaturalem visionem, quamvis enim omnes convenient, nomine actus naturalis in praefectum eum esse intelligendum, qui totam naturam voluntatis non transcedens potest, ab homine foliis naturae viribus cum generali Dei concursu attinet, nomine vero actus supernaturalis eum est contra intelligentiam, quem homo concurrens etiam omnibus aliis causis naturalibus non potest foliis naturae viribus attinere cum solo generali Dei concursu, cum fit super facultatem naturae; Nihilominus quia potest etiam in hoc sensu adhuc aliquis dici supernaturalis dupli- citer, vel secundum modum tantum, non autem secundum substantiam, & dicunt ille, qui esto secundum entitatem suam praecise speciatu naturae facultatem non transcendat; modus tamen, qui productur, prout facultatem naturae excedit, quo pacto visus caco non refutatur, & revocatio defunctum ad vitam supernaturales effectus dicuntur, sicut licet visus illi caco re- fuscitus quadam entitatem suam fit naturalis, cum foliis naturae viribus elicatur a potentia visiva; quatenus tamen datur post privationem, à qua naturaliter non datur ad habitum regres- sis, dicitur supernaturalis secundum modum; Actus autem supernaturalis tam secundum modum, quam secundum substantiam dicunt ille, qui non tantum in modo, qui productur, excedit omnino viris naturae, sed etiam in propria entitate; Difficultas est, an visione beata sit supernaturalis tantum secundum modum, an etiam secundum substantiam, ac entitatem suam, & concedendo cum communis Theologorum esse auctum supernaturalis etiam secundum modum, quam secundum substantiam dicunt ille, qui non tantum in modo, qui productur, excedit omnino viris naturae, sed etiam in propria entitate; Difficultas est, an visione beata sit supernaturalis tantum secundum modum, an etiam secundum substantiam, ac entitatem suam, & concedendo cum communis Theologorum esse auctum supernaturalis etiam secundum substantiam, quo pacto fit ex- plicavit supernaturalitas ista visionis, & alias formatum supernaturalium, nunc scilicet constituit in aliqua perfectione absoluta illis in genere entis intrinsecis, ratione cuius intrinsecis, ac essentialiter dicuntur forma ordinis divini, ut aliqui Th. loquuntur, an potius constituit in quadam perfectione relativa, quam habent, tum comparatione agentis supernaturalis, à quo vel totaliter illi forma infunduntur, vel specialiter efficiuntur; tum etiam comparatione objecti supernaturalis, cui potestiam unum, & copulat; Durandus 4. d. 49. qu. 2. cit. 2. ciat ab aliquibus, quod afferuerit, beatam visionem esse omnino naturale tam quod substantiam, quod quoad modum, atque idem sententia, ejus sententiam damnatam esse in Concil. cit. damante hereticos Beguardos, & Beguinias ajetes, intellectum propriis viribus Deum posse videre, quibus volunt, confessus Durandum, quatenus ibi negat animam indigere elevatione aliqua ad videndum Deum; Ceterum, ut notavit Lufitanus lib. 11. q. 5. art. 2. Durandus nequit non concedere, beatam visionem esse saltem supernaturalis secundum modum, licet enim afferat loc. cit. intellectum posse suis propriis, & naturalibus viribus absit; illa supernaturalis elevatione videre divinam essentiam; at tamen, hoc esse non posse, nisi sublati impedimentis naturalibus, quare cum impedimenta ita affererit ne-

queant viribus naturae, sed ad id opus sit aliqua Dei gratia, & gratuata liberalitate, non potest non admittere, visionem aliqua ratione esse supernaturalis quoad modum, & per consequens apud Durandum visionis substantia erit naturalis, modus vero supernaturalis, id etiam tenet quidam Scotista recens contr. 2. p. 1. ubi conclus. 4. etiam actus glorio-sus, & beatificos, de quibus praesertim hic est sermo, negat, esse supernaturales secundum substantiam.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quæst. de supernaturalitate visionis.

55. Secundum substantiam Conclusus est, communis feret in omni schola, ejusq; probatio i priori consistit in explicatione, quid sit, & unde sumenda sit supernaturalitas in actibus, & habib; superioris ordinis, hoc enim explicato facile demonstrabitur; visionem beatam secundum suam substantiam, ac entitatem esse ordinis supernaturalis, vari; sunt modi explicandi conceptum supernaturalitatis, ac entis supernaturalis, ut vide- re licet apud Arriagam tom. 1. disp. 3. per toram. Coninch. de actibus supernaturalibus disp. 4. & alios, qui tamē si attentius expandunt, oportet in re convenientem, ut notat Lufitanus art. 2. cit. & incident in explicationem, quam ubique significat Doctor exprimens illam per ordinem ad agens supernaturalis, ita ut actus ille secundum suam substantiam, ac entitatem dicatur supernaturalis, qui secundum propriam, & specificam rationem, differentiamque constitutivam sua entitatis ita exce- dit natum cuius, sicut rei creatae, ut nulla ratione posse illi esse naturaliter debitus, quod enim tale est, id est, sicut rei, qui secundum suam entitatem est supernaturalis ordinis, nam si es- se naturalis actus, utique alicui naturae creare est, & connaturalis; ita Scotus locutus est ubique, ut qui. I. Prolog. 5. ad quæst. 5. in 17. ubi ait, quod supernaturalitas est, quando subiectum recipiens formam comparatur ad tales agentes, quod non est naturaliter impositum illius forme in illud patsum: in eodem p. 17. qu. 22. GG. supernaturalitatem actus docet, esse specialem divinæ voluntatis acceptationem, quia est in divina voluntate ordinatus hujus actus ad vitam eternam, tanquam meriti conadiu ad præsumendum; In 2. d. 3. q. 9. ad quæst. 5. docet, speciem divinæ essentiae Angelis insuam esse supernaturalis, quia ad illam non posse pertinere ex naturalibus, neque alicui actione humanae, in eodem p. 17. qu. 2. 5. contr. 4. articul. 5. atque idem videtur, quod illa dispositio ad formam merè sup- naturalitatem posse causari ab Angelo, qui licet ad formam im- mediatè producibilem à Deo, tamè cooperante communis cursu naturae posse aliquam causam naturalis disponere, sicut de cor- pore organico respectu anime intellectus, ad formam tamè omni- supernaturalem, id est, non cooperante communis cursu naturae, quod dispositionem immediatam agens naturale posse produce, videtur inconveniens. Et i. 3. d. 4. q. 4. Gafferit formationem corporis Christi supernaturalis, quia facta à Sp. S. supplete vices Patris. Et in eodem 3. d. 14. q. 2. Gallerit visionem esse supernaturalis, quia quando Verbum causat illam, immediate, & supernaturaliter causet, & in 4. d. 6. q. 10. M. ait, naturalitas, & supernaturalitas non sunt conditions, nisi per ordinem ad agens; & d. 10. quæst. 5. naturale, & supernatu- rale non distinguunt naturam alicuius in se, sed tantum per comparationem ad agens, & denique 4. d. 43. q. 4. A. naturale dicitur, quod habet naturalem ordinem activi ad patsum, & supernatural, quod excedit omnem talem ordinem; & sic etiam Scotista explicavit supernaturalitatem circa ea loca.

Ita etiam explicavit supernaturalitatem alii extrâ Scholam. Doct. subtilis, ut Cajetanus p. 1. q. 12. art. 6. dūm ait, illam formam esse supernaturalem secundum substantiam, cum nulli rei creatore potest esse cōnaturalis, id est, quia principis nullus nature creare potest oriri, & 2. q. 171. art. 2. ubi ait, illum actum esse supra facultatem humanae nature, quod substantia adhuc, qui facultatem humanae nature excedit, ita ut hominem naturali sua facultate fieri nequeat, sic quoque supernaturalitatem explicavit Suarez lib. 2. de attributis negativis cap. 8. & Cominch. cit. n. 9. sic quoque novissime Arriaga disp. 3. cit. sec. 3. licet à Scoto dissentire pretendent, ubi ait, verisimiliter rei supernaturalis explicationem eam esse, que ex ipso nomine defini videtur, est quod satis communis inter Auctores, ut id est supernaturalis, quod excedit vires tam nature, quam rei naturae; unde non video, quo spiritu ductus Cajetanus q. 12. cit. art. Scotum reprehenderit, quod supernaturalitatem explicaverit in ordine ad agens, cum eodem modo rem ipse quoque explicet; In hoc solum ab aliis Scotus discrepare videtur, quod ipse non vult naturalitatem, & supernaturalem attendi debe- re in ordine ad subiectum, ponit enim in anima nostra potentiam passivam naturalalem ad formas supernaturales sufficiendas, aliis

Quæst. II. An sit possibilis species impressa divinae &c. Art. I.

349

ali vero contendunt, non dari talem potentiam passivam, de qua fuit Averro. p. 1. q. 12. sec. 9. unde volunt, ens supernaturalis secundum substantiam dicitur dico quoque in ordine ad subiectum, quia scilicet cuiuscumque subiecto creato ita advenit ab extrinseco, ut illud talem perfectionem suæ naturæ non exposcat, sed à Deo supra naturalem inclinationem in eo producat. Ceterum, hoc disceptantia in puncto, de quo est quæstio, parti referunt, nam omnes in hoc convenienti, illud dicti simpliciter, & secundum substantiam supernaturalis, quod non potest produci in subiecto, nisi ab agente, quod non naturaliter, sed supernaturaliter absque ullo debito actu infundit; Tum quia etiam illa disceptantia, an naturalis, & supernaturalis possint, ac quoque debeat attendi in ordine ad subiectum, eff. sola de nomine dif- fere, ut nota Arriaga disp. 6. n. 18. sec. 4. nam Scotus admittit, proprie viribus nostrum intellectum non posse elice- re visionem Dei, sed necessario elevari debere, & illi etiam Scotus concedunt, visionem beatam nullo modo nobis eff. contra- riam, aut violentam, sed maximum nostrum bonum, & perfe- ctionem maximè nobis convenientem; in his inquam duobus, qui ad rem spectant, punctis ambo convenienti, utrum autem, quia visus est maximum nostrum bonum, dicendus sit, in nobis dari appetitus innatus, seu naturalis inclinatio ad illam; antè contraria, quia naturaliter non possumus eam habere, si erga, quanto eff. de voce, in qua ait Arriaga, à Scoto re- dendum esse, quia contra communem loquendi modum usu- pat vocem appetitus innatus, & naturalis inclinationis, qui ab omnibus accipitur in ordine ad bonum viribus naturae possibi- le, quo etiam pauci discutent Averro. loc. cit.

56. Sed neq; etiam in hoc, de quo est tantum nominalis questione, est à Scoto discedendum, falsum enim est, appetitum, & inclinationem naturale ex viis sumi semper in eo rigore, ut sit in ordine ad bonum viribus naturae possibile; aliquid enim natura concedit à Philopophilis, posse inclinare ad aliquem actum sui nobilitate, qui causalitati agentis naturalis non subdit, sic animam separatam dicunt, naturaliter ad corpus inclinare, & potentiam passivam esse, eff. naturaliter receperimus vi- sus; & tamen nulla est potentia naturalis activa has potentias passivas ad actum deducere potest; sic igitur in re nolita, potentia in- tellectuale crea naturale potentiam passivam habet respectu beatificis visionis, qui tamen ad actum videndum Deum deduci nequit per potentiam aliquam activam naturalem. Neq; hinc sequitur, hujusmodi potentia in natura eff. frustra, licet enim nequeat, ad actum reduci per potentiam naturalem, deducitur tamen ad actum per aliam potentiam superioris ordinis, quod sufficit, sicut dicuntur eff. frustra, nam solùm illud dicunt eff. frustra, quod sum finem non consequitur. Nec propter hoc natura dicitur deficere in necessitatibus, quia ut ait Doctor quæst. I. Prolog. Y. nemo dicitur deficere, quando non dat, quod non potest, sed quando non dat, quod potest, natura autem non potest dare potentiam hanc activam, tamen qui in tota saltem entium coordinatione dicitur agens, eam potentiam passivam ad actum redunders. Nec tandem ob id, quod nequeat intel- lis natura suam perfectionem consequi ex naturalibus, vil- lificatur; majoris enim dignitatis est in natura intellectuali, ut ordinetur ad perfectionem maiorem illa ad quam viribus proprie pertinere potest; ut nota Doctor loc. cit. Quamvis igitur viri fit, beatam visionem esse ordinis supernaturalis, Respon- concedendo, illum ordinem esse entitati absolute actus, vel habi- bus supernaturalis extraneum, sed per illum explicamus super- naturalitatem formam, & non per aliud praedicatum, cum enim ultime teru differentiatione nos lateant, meritis occurrit Do- citor ad ordinem quem dicit formam supernaturalis ad suas cau- fas, ut explicaret ejusdem formam supernaturalitatem; in se enim cognoscit non potest, neque per effectus, nam iti naturales sunt, vel supernaturales; si primum, insufficientes sunt, ut nos manuducant adaequat in cognitionem supernaturalitatis causa; si secundum, de illis recurrit difficultas, quid sit hoc eff. supernaturalis; refutat ergo, ut supernaturalitas melius co- gnosci non valeat, quād per ordinem ad agens; Quoniam tamen Doctor in formalitate relativa videtur constitutive ratio- nem formalem supernaturalitatis possumus dicere, quid enti- tas absoluta actus, vel habitus supernaturalis sit supernaturali- tas radicalis, non autem formalis, ita ut ratio formalis entis super- naturalitatem formaliter sit ipsius ordino, & solus ad agens super- naturalitatem. Hac igitur supposita doctrina de ratione formalis supernaturalitatis, ut sit, jam ostenditur, visionem beatam secundum suam substantiam, & entitatem eff. supernatu- ralem, quod est omnino indebitum nature; & excedens natura- rem ei constitutio; probatur assumptum, id est enim creatio ex anima humanae eff. debita materie, ut contra prefatos Hereticos fancivit Concil. Vien. loc. cit. Imo ita excedit vires cujusunque intellectus crevit, ut, nisi supernaturaliter ele- varetur, nullo modo posset illam producere; ergo est supernaturalis secundum substantiam, & non tantum secundum modum.

Arriaga disp. 3. cit. sec. 3. no. 27. nota, quod quando dici- 59
mus,

sem illud esse supernaturale, quod excedat vires naturae & naturalis agentis, non fumatur vires nature, unde, secundum concurredit generali Dei, nam ita omnes prorsus effectus effici supernaturales, quia nulla creatura potest aliquid efficiere nisi cum auxilio generali Dei; etsi itaque est de viribus naturalis agentis similius cum concursu generali Dei, illi debito quoque sequitur, ea, que absolutes in uno casu possunt ponи per vires nature, esse supernaturale absolute, seu quoad substantiam; et ea vero, que possunt ponи absolute, non tamen in hoc casu, ut cum haec circumstantia esse solum supernaturale quoad modum; Et hoc totum bene dicti est, & sequitur necessariо ex dictis iuxta explanationem supernaturaliter a Scotio tradita. Addit deinde Arriga, quid abs restat tota difficultas, nisi ulteriori explicemus, quid sit, seu unde proveniat, quid aliquares excedat, non excedat vires toutes nature, alioquin videatur dicere idem per idem, & miratur, vix illum esse foliolum de hac ultiori explicatione, pro qua avertit, quamlibet substantiam creatam ex natura sua, & ex specifica perfectione diceret ordinem ad quemdam accidentia determinata; & non ad alia a qua g. est capax frigoris, lucis, non autem amoris, & cognitionis, huius autem limitata, & certe exigentie non potest ulli alia ratione sed ratiō priori, quam propria, specifica, & limitata natura cuiuslibet substantiae, sicut quid omnia est calefactivus, non dicimus de organizatione respectu infusionis anima, que licet a solo Deo productur, adiut tamē ob prefaram causam a Deo productum, ut ab Auctore nature, hoc est, ab agente iuxta debitum nature; quod quidem debitum non in dictu in Deo a creatura ex sua iusta naturali propensione ad aliquid participationem, ut dixi nu. 57, sed ex tali exigentia alicuius perfectionis, ut vel ex eius principiis intrinsecis eam fibi comparare posit, quoniam sensu eius, calorem esse conaturaliter igni debitum, & frigoris aqua; vel ex naturali sua constitutione ita eam populare, ut agens, tamē rem producat debeat eam necessariо productare cum tali perfectione, ut possit existere, & conservari, sicut dicimus de qualitatibus coelestium corporum; & quia anima nobis, licet aliquam habeat inclinationem ad gloriam, & gloriam, certaque dona super natura, ut maximas eius perfectiones; quoniam tamen cura solo concursu generali Dei, nec illas perfectiones fibi comparare potest, nec proximam dispositionem ad quam illa necessario consequatur, attingere, neque ex naturali sua constitutione petiri, eas perfectiones esse fibi concreatas, ut dicimus de Coelorum qualitatibus, hinc est, quid perfectiones illae dicuntur simpliciter, & absoluta supernaturales, & supernaturaliter ei a Deo conferti, quam explanationem contra Thomistos amplectitur Coninch. dis. 4. cit. dub. ii.

cujus est montibus, nec quod ignis in calefacientia, non frigescatibus, sola ejus natura probat. Verum ita explicatio non placet, quia si exsuffit superi vires naturae metiri velimus praeceps ponens naturalem exigentiam subiecti, hoc ut sit ex natura-constitutione petit hec determinata accidentia, & non alias; sequitur, ut etiam norat Coninch-disp.4.nu. 4. quod cum aqua ignis calefaciat, talis alio est supernaturales, & calor in aqua erit accidentis supernaturale, quia excedit naturalem quis exigentiam, & universaliter accidentia aliisque subiecto disconvenientia erunt supernaturalia, etiam sint introducta ab agente naturali viribus propriis cum solo concursu generali Dei; Respondet Arriaga, ea accidentia, que in aliquo subiecto recipi non possunt naturaliter, quia sunt supra exigentiam illius subiecti, dici potest secundum quid supernaturalem; respondebat ad illud, etiam in altero subiecto naturaliter recipi quanta ea autem accidentia, que nulli substantiae create naturaliter convenire possunt, absolute, & sine addito esse, & dici supernaturalia. Sed hic est magnus, & inauditus terminorum abusus; non enim Philolophi dicitur unquam, calorem esse que supernaturalem, nec similiciter, nec secundum qualiter, sed violentum, quatenus est contraria ejus inclinationem, & naturalem exigentiam; in has verò ineptias labuntur Adversarii, quia ad veteres nolunt doctrinam Scotti loc.cit. ubi frequenter inculcat, quod naturale, prouia naturalitas cōpetit operationibus in ordine ad principium, variè fūmitur, & diversis modis opponitur uno enim modo opponitur supernaturali, vel liberio; & hoc sensu attenditur naturalitas penes principium actuum, unde operatio illa dicuntur naturalis, que est ab agente naturali, id est, habente ordinem naturalem ad padum; supernatura lis vero, que sit ab agente supernaturali, id est, excedente omnem ordinem naturalem ad padum; operatio illa dicuntur libera, quia est à principio ad actionem intrinsecè indeterminato, & se determinante, naturalis verò, que est à principio intrinsecè determinato ad agendum; alio modo naturale opponitur violento, & neutrò, & ita naturalitas respectu subiectum, in quo recipiunt operatio, & forma, ad eum ut si operatio, & forma sit secundum

Alter modus supernaturalitatis visionis indicatur.

receptivum eius dicitur *naturae*; si tamen contra inclinationem subiecti, dicitur *violenta*, si tandem neque *juxta*, neque *contra inclinationem*, & dicitur *neutra*.
Hinc itaque patet, excessus aliquius effectus super vires naturae, per quem excessum constitutus in esse effectus, vel actionis supernaturales, attendi non debet penes inclinationem, & exigentiam quam unius subiecti recipiens actionem, vel formam per eam producunt; ut ajetur Arriaga, & nuper etiam explicat Poncius in suo *Cursu Theologico*, p. 49. q. 14. art. quod *omnis forma*, que non exigitur conaturaliter à substantia creata est supernaturalis. Tunc enim sequeretur, calorem esse aqua supernaturalem; sed debet attendi ponens principium actuum, ut si effectus est talis, quod agens potest cum attingeri cum solo concilio sui generali destinatum effectus ille, & adio, per quam producitur, dicitur merè naturalis; etiam si per eam actionem introducatur in subiectum aliquod accidens ei naturaliter discordans; quod si agens creature non potest illum effectum in se attingere, posse tamen attingeremus aliquam dispositionem ultimò ordinatam ad talem effectum, a deo Deo producibilam; huc talis effectus dicitur naturalis, & Deus dicitur illum producere, ut auctor nature, quia agit juxta debitum nature; siquidem concursus Dei debitus est creature ad quemcumque effectum, quem illa potest in se atttingere viribus propriis cum solo concursum generali Dei, vel fatem attingeremus potest aliquam dispositionem proximam, & ultimò ordinatam ad illum, sicut

